



quis agnouit: Disciplina sapi-  
 entie cui reuelata est et manife-  
 stata. et multiplicatione ingressus  
 illius quis intellexit: Unus est  
 altissimus creator om̄ps. rex po-  
 tens et metuendus nimis. sedens  
 sup thronū illius: et dñans d̄s.  
 Ipse creauit illam spū sc̄o et ui-  
 dit. et dinumerauit et mensus  
 est et effudit illam sup omnia  
 opa sua. et sup omnem carnem.  
 Scdm̄ datū suum: prebet illam  
 diligentib; se. Timor dñi gloria  
 et gloriatio: et leticia. et corona  
 exultationis. Timor dñi delecta-  
 bit cor: et dabit leticiam. et gau-  
 dium. in longitudinē dierū. Ti-  
 menti dñm bene erit in extremis:  
 et in die defunctionis sue benedi-  
 cetur. Dilectio dei: honorabilis sa-  
 pientia. Quibus autē apparue-  
 rit in usu: diligunt eā in uisio-  
 ne. et in agnitione magnaliū  
 suorum.

**I**tem sapientie timor dñi: et  
 cum fidelib; in uulua concreat̄  
 est: et cum decis feminis credit̄.  
 et cum iustis et fidelib; agnoscat̄.  
 Timor dñi scientie religiositas.  
 Religiositas custodiet et iustifi-  
 cabit cor: iocunditatē atq; gau-  
 dium dabit. Timenti dñm bene  
 erit: et in die consummationis  
 illius benedicetur. Plenitudo sa-  
 pientie timere dñm: et plenitudo  
 a fructib; illius. Omnem domū  
 illius implebit a generationib;  
 et receptacula a thesauris illius.

Corona sapientie timor dñi: re-  
 plens pacem et saluus fructū. Et  
 uidit: et dinumerauit eam. Vtraq;  
 autē: sunt dona dei. Scientiam  
 et intellectum. prudentie sapien-  
 tia comparatur: et gl̄iam tenen-  
 tium se exaltat. Radix sapientie:  
 est timere dñm. Rami enī illius lon-  
 geui. In thesauris sapientie intel-  
 lectus et scientie religiositas: exe-  
 cratio autē peccatorib; sapientia.  
 Timor dñi: expellit peccatū. Nā  
 qui sine timore est: non poterit  
 iustificari. Iracundia enī animo  
 sitatis illius: subuersio illius est.  
 usq; in tempus sustinebit patient:  
 et postea reddito iocunditatis. Bo-  
 nus sensus usq; in tempus abscon-  
 derba illius: et labia multorū enar-  
 rabunt sensus illius. In thesauris  
 sapientie significatio discipline:  
 execratio autē peccatori cultura  
 dei.

**F**ili concupiscens sapientiā con-  
 serua iusticiā: et d̄s prebebit illā  
 tibi. Sapientia enī et disciplina ti-  
 mor dñi: et quod beneplacitū est  
 illi fides. et mansuetudo. et adim-  
 plebit thesauros illius. Ne fueris  
 incredibilis timor dñi. et ne acces-  
 seris ad eū duplici corde. Ne fue-  
 ris hypocrita in conspectu homi-  
 nū: et non scandalizeris labijs  
 tuis. Attende in illis ne forte cadas.  
 et adducas animē tuē in honora-  
 tionē. et reuelet d̄s absconsa tua.  
 et in medio synagoge elidat te:  
 qm̄ accessisti maligne ad dñm.

113.

et cor tuum plenu est dolo et fallacia.

**T**ibi accedens ad seruitute dei. sta in iusticia et timore: et prepara anima tua ad temptatione. Depime cor tuu et sustine: inclina aure tua et excipe uerba intellectus. Et ne festines in tempore obductionis: sustine sustentationes dei. Comungere deo et sustine: ut crescat in nouissimo uita tua. Omne quod tibi ad placitu fuerit accipe et in dolore sustine. et in humilitate tua patientia habe: qm in igne pbatur auru et argentu. homines uero receptibiles in camino humiliationis. Crede deo et recuperabit te: et dirige uiam tua et spera in illo. Serua timore illius: et in illo uerascere.

**M**etuentes dnm sustinete misericordiam eius: et non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timent dnm credite illi: et non euacua buntur merces ura. Qui timentis dominu sperate in illo: et in oblatione ueniet uobis misericordia. Qui timentis dnm diligite illum: et illuminabunt corda ura. Respicite filij nationes hominum: et scitote quia nullus sperauit in dno. et confusus est: pmanfit in mandatis eius et derelictus e. Aut quis inuocauit illu. et despexit eum: Qm pius et misericors est ds. et remittet in die tribulationis peccata: et pector est

omnib; exquirentib; se in ueritate. Ne duplici corde et labijs sceleratis: et manib; male facientibus et peccatori terra ingredienti duabus uijs.

**D**e dissolutis corde qui n credunt deo: ideo non pteguntur ab eo. **De** his qui pdiderunt sustinentiam: qui dereliquerunt uias rectas. et diuerterunt in uias prauas. Et quid facient cum inspicere ceperit dms: Qui timent dnm n erunt incredibiles uerbo illius: et qui diligunt eum conseruabunt uiam illius. Qui timent dnm inquirent que beneplacita sunt illi. et qui diligunt illu replebunt lege illius. Qui timent dnm preparabunt corda sua: et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dnm custodient mandata illius: et patientia habebunt usq; ad inspectione illius dicentes. si penitentiam non egerimus incidemus in manus dei et n in manus hominum. Scdm em magnitudinẽ illius: sic et misericordia ipsius cum ipso est. Filij sapientie ecclesia iustoru: et natio illorum obedientia. et dilectio. Iudiciu patrisau dicit filij dilecti: et sic facite ut salui sitis! Deus em honorauit patre in filijs: et iudiciu matris exquirens. firmavit in filios. Qui diligit dnm exorabit pro peccatis. et continebit se ab illis. et in oratione dieru exaudietur.

ms

et sicut qui thesaurizat: ita et qui  
honorificat matrem suam. *De honore*

*viij.* **Q**ui honorat patrem iocundabitur  
in filiis: et in die orationis sue ex-  
audietur. Qui honorat patrem  
suum uita uiuet longiore: et qui  
obedit patri. refrigerabit matrem.  
Qui timet dominum honorat paren-  
tes: et quasi dominus seruet his qui  
se generauerunt. In ope et ser-  
mone et omni sapientia honora  
patrem tuum: ut superueniat tibi  
benedictio a deo. et benedictio

**I**llius in nouissimo manet.  
**B**enedictio patris firmat domos  
filiorum: maledictio matris eradi-  
cat autem fundamenta. Ne glori-  
eris: in contumelia patris tui.  
non est enim tibi gloria: sed confu-  
sio. Gloria enim hominis ex hono-  
re patris sui: et dedecus filij pa-  
tris sine honore. Eibi suscipe se-  
nectam patris tui: et ne contri-  
stet eum in uita illius. Et si defe-  
cerit sensu ueniam da: et ne sper-  
nas eum in tua uirtute. Elemo-  
sina enim patris: non erit in obli-  
uione. Nam pro peccato matris  
restituatur tibi bonum: et in iusti-  
cia edificabitur tibi. et in die tri-  
bulationis commemorabitur tui.  
Sicut in sereno glacies: soluentur  
tua peccata. Quam male fame  
est qui relinquit patrem: et est  
maledictus a deo qui exasperat.

*viii.* **F**ili in mansuetudine  
opa tua profice: et super hominum  
gloriam diligeris. Quanto ma-

gnus es humilia te in omnibus: et  
coram deo inueniens gratiam: quam  
magna potentia dei solus et ab  
humilibus honoratur. Altiora te  
ne quesieris: et fortiora te ne scru-  
tatus fueris. sed que precepit tibi  
deus illa cogita semper. et in pluribus  
operibus eius ne fueris curiosus. Non  
est enim tibi necessarium: ea que ab-  
scondita sunt uidere oculis tuis.  
Insuper uacuis rebus: nobis scrutari mul-  
tipliciter: et in pluribus operibus eius  
non eris curiosus. Plurima enim  
super sensum hominum: ostensa sunt  
tibi. Multos enim supplantauit sus-  
picio illorum: et in uanitate detri-  
nuit sensus eorum. Cor durum ma-  
le non habebit in nouissimo: et  
qui amat periculum in illo peribit.  
Cor ingrediens duas uias. non ha-  
bebit requiem: et prauum cordis in  
illis scandalizabitur. Cor nequam  
grauabitur in doloribus: et pec-  
cator adiciet ad peccandum. Sama-  
goge superborum: non est sanitas.  
Frutex enim peccati eradicabitur  
in illis: et non intelligitur. Cor sa-  
pientie intelligitur in sapientia:  
et auribus bona audiet cum omni con-  
cupiscentia sapientiam. Sapientis  
cor et intelligibile abstinere se  
a peccatis: et in operibus iusticie suc-  
cessus habebit. Ignem ardentem  
extinguit aqua: et elemosina re-  
sistit peccatis. et deus inspector est  
qui reddet gratiam meminit in po-  
sterum. et in tempore casus sui in-  
ueniet firmamentum. *De elemosina*  
*in de pauperibus.*

*xxx.* **F**ili elemosinam pauperis ne defraudes: et oculos tuos ne transfertas a paupe. Animam esurientem ne despexeris: et non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflexeris: et non perahas datum angustiantis. Rogationem contributione abicias: et non auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope auertas oculos propter iram: et non relinquant querentibus tibi retro maledicere. Maledicentes enim tibi in amaritudine anime: exaudietur precatio illius. Exaudiet autem eum: qui fecit illum. Congregationi pauperum affabilem te facito. et presbitero humilia animam tuam. et magnato humilia caput tuum. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam: et redde debitum tuum. et responde pacifica in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi: et non accide feras in anima tua. *de pupillis*

*xxx.* **I**udicando esto pupillis *pupillis iustis* misericors ut pater: et pro uiro matri illorum. Et eris tu uelut filius altissimi obediens: et miserabitur tui magis quam mater. *de*

*xxx.* **S**apientia *studio sapientie.* filijs suis uitam inspirat: et suscipit exquirentes se: et prebit in uia iusticie. Qui illam diligit. diligit uitam: et qui uigilauerint ad illam complectentur placorem eius. Qui tenuerint illam uitam hereditabunt: et quo introibit benedicet deus. Qui seruiunt

ei obsequentes erunt sancti: et eos qui diligunt illam diligit deus. Qui audit illam iudicat gentes: et qui intuetur illam permanebit confidens. Si crediderit ei hereditabit illam: et erunt in confirmatione creature illorum: quoniam in temptatione ambulat cum eo. et in primis elegit eum. Timorem et metum et approbationem inducet super illum: et cruciabit illum in tribulatione doctrine sue: donec temptet illum in cogitationibus illius et credat anime illius. Et firmabit illum. et iter adducit directum ad illum: et letificabit eum. et denudabit absconsa sua illi. Et thesaurizat super illum scientiam: et intellectum iusticie. Si autem obserauerit derelinquet eum: et tradet eum in manus inimici sui. *In tempore pro fide ac iusticia standum*

*xxx.* **F**ili conserua *pro salute anime.* tempus et de uita a malo: et pro anima tua non confundaris. dicere uerum. Est enim confusio adducens peccatum: et est confusio adducens gloriam et gratiam. Ne accipias faciem aduersus faciem tuam: nec aduersus animam tuam mendacium. Non reuertaris proximum tuum in casu suo: nec retineas uerbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore eius. In lingua enim agnoscitur sapientia: et sensus et scientia et doctrina in uerbo sensati. et firmamentum in opibus;

iusticie. Non contradicas uerbo  
 ueritatis ullomodo: et de men-  
 datio in eruditionis tue confun-  
 dere. Non confundaris confite-  
 ri peccata tua: et ne subicias te  
 homini pro peccato. Noli resiste-  
 re contra faciem potentis: nec co-  
 neris contra idum fluiuij. In iusti-  
 cia agonizare pro anima tua. et  
 usq; ad mortē certa pro iusticia:  
 et deus expugnabit pro te inimi-  
 cos tuos. Noli citatus esse in lin-  
 gua tua: et mutus et remissus  
 in opib; tuis. Noli esse sicut leo  
 in domo tua: evertens domesti-  
 cos tuos. et oppriment subiectos  
 tibi. Non sit porrecta manus tua  
 ad accipiendum: et ad dandum  
 collecta. *De uisitando inductis.*

v. r. *xxiii.*

**N**oli attendere ad possessiones  
 iniquas: et ne dixeris est michi  
 sufficiens uita. Nichil enī prode-  
 rit: in tempore uindictę et ob-  
 ductionis. Non sequaris in forti-  
 tudine tua concupiscentiã cor-  
 dis tui. et ne dixeris quomodo  
 potui. aut quis me subiciat pp-  
 ter facta mea: Deus enī uindi-  
 cans uindicabit. Ne dixeris pec-  
 caui. et quid accidit michi tri-  
 ste: Atollimus enī est: paciens  
 redditor. De piciato peccato. no-  
 li esse sine metu: neq; adicias.  
 peccatū sup peccatū et dicas. mi-  
 seratio dei magna est: multitu-  
 dinis peccatorū meorū miserebi-  
 tur. Misericordia enī et ira. ab illo ci-  
 to proximat: et in peccatores re-

spicit ira illius: *De conuersione.*

*xxiii.*

**N**on tardes conuerti ad dñm: et  
 ne differas de die in diem. Subito  
 enī ueniet ira illius: et in tempo-  
 re uindictę dispdet te. Noli an-  
 xius esse in diuitijs iniustis. Ni-  
 chil enī pderunt tibi: in die ob-  
 ductionis et uindictę. Non uen-  
 tiles te in omnē uentum: et non  
 eas in omnē uia. Sic enī peccator  
 pbatur: in duplici lingua. Esto  
 firmus in uia dñi. et in ueritate  
 sensus tui et scientia: et psequat  
 te uerbū pacis et iusticie. Esto  
 mansuetus ad audiendū uerbū  
 dei ut intelligas: et cū sapientia  
 pferes responsum tuū. Si est tibi  
 intellectus responde pximo: sin-  
 autē sit manus tua sup os tuū:  
 ne capiaris in uerbo in discipli-  
 nato et confundaris. Honor et  
 gloria in sermone sensati: lin-  
 gua imprudentis subuersio est  
 ipsius. Non appelleris susurro:  
 et lingua tua capiaris et confun-  
 daris. Sup furem enī est confu-  
 sio et penitencia: et denotatio  
 pessima sup bilinguē: susurra-  
 tori autē odium. et inimicia.  
 et contumelia. Iustifica pusillū:  
 et magnū similiter. Noli fieri  
 pro amico: inimicus pximo. Im-  
 properiū enim et contumeliam  
 malus hereditabit: et omnis pec-  
 cator inuidus et bilinguis. Non  
 te extollas in cogitatione anime  
 tue quasi taurus: ne forte elida-  
 tur uirtus tua per stulticiam.

*xxv.*

et folia tua comedet. et fructus tuos perdet. et relinqueris uelut lignum aridum in heremo. Anima enim nequam disperdet qui se habet: et in gaudium inimici dat illum. et deducet in sortem impiorum.

*xxv.*

**Verbum De amici gratia.**

Dulce multiplicat amicos. et mitigat inimicos: et lingua eucharis in bono homine abundabit. Multi pacifici sint tibi: et consiliarius tibi unus de mille. Si possides amicum in temptatione posside eum: et non facile credas illi. Est enim amicus secundum tempus suum: et non permanet in die tribulationis. et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam. et amicus qui odium et rixam et conuicia denudabit.

*xxvi.*

**E**st autem amicus socius mensis: et non permanet in die necessitatis. Amicus si manserit fixus. erit tibi quasi coequalis: et in domesticis tuis fiducialiter ager. Si humiliauerit se contra te: et a facie tua absconderit se uanissime habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis separare: et ab amicis tuis attende. Amicus fidelis pretio fortis: qui autem inuenit eum inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio: et non est digna ponderatio auri et argenti. contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum uitae et immortalitatis: et qui metuunt dominum in-

uenient illum. Qui timet dominum eum habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius.

**F**

**ili aduentione De doctrina sapientie.**  
Tua excipe doctrinam: et usque ad canos inuenies sapientiam. Quasi si qui arat et seminat accede ad illam: et sustine bonos fructus illi. In opere enim ipsi exiguum laborabis: et cito edes de generationibus illius. Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus: et non permanet in ea excors. Quasi lapidis uirtus probatio erit in illis: et non demorabuntur picere illam. Sapientia enim doctrine secundum nomen est eius. et non multis est manifesta: quibus autem agnita est permanet in conspectu dei.

*xxvii.*

**A**

**udi fili et accipe consilium intellectus: et ne abicias consilium meum. Inice pedem tuum in compedes illius: et in torques illius tuum collum. Subice humerum tuum et porta illam: et ne accideris uinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam: et in omni uirtute tua serua uias eius. Inuestiga illam et manifestatur tibi: et continentis factus ne derelinquas eam. In nouissimis enim inuenies requiem in ea: et conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis. et bases uirtutis: et torques illius in stolam glorie. Decor enim uitae est in illa: et uincula illius alligatura salu-**

*xxviii.*

taris. Stulam glorie indues eam: et coronam gratulationis superpones tibi. Eili si attenderis michi dices eam: et si accommodaueris animum tuum sapiens eris. Si inclinaueris aurem tuam excipies doctrinam: et si dilexeris audire sapiens eris. In multitudine presbiterorum prudentium sta: et sapientie illorum ex corde coniungere. ut omnem narrationem dei possis audire. et puerba laudis non effugiant a te. Et si uideris sensatum euigila ad illum: et gradus ostiorum illius exerat pestuus. Cogitatum habe in preceptis dei et in mandatis illius maxime assiduus esto: et ipse dabit tibi cor et concupiscentia sapientie dabitur tibi. *densa credis mal.*

*vii. c. xxx.* **N**oli facere mala et non te apprehendent: discede ab iniquo et deficient mala abste. Non seminas mala in sulcos iusticie: et non metes eam septuplum. Noli querere ab homine ducatum: neque a rege cathedram honoris.

*xxx.* **N**on te iustifices ante dominum. quoniam agnitor cordis ipse est: et pene regem noli uelle uideri sapiens. Noli querere fieri iudex. nisi ualeas uirtute irumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis. et ponas scandalum in agilitate tua. Non pecces in multitudine ciuitatis: nec te inmitas in populum: neque alliges duplicia peccata. Nec enim in uno eris immunis. Noli esse pusillanimis

in anima tua: exorare et facere elemosinam non despicias. Ne dicas in multitudine munerum meorum respiciet deus: et offerente me altissimo suscipiet munera mea. Non irideas hominem: in amaritudine anime. Est enim qui humiliat et exaltat: circumspexit deus. *de mandato uitando ad amicum.*

*xxxii.* **N**oli amare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias. Noli uelle mentiri omne mendacium. Assiduitas enim illius: non est bona. Noli uerbosus esse in multitudine presbiterorum. et non iteres uerbum in tua oratione. Non oderis laboriosa opera: et rusticationem ab altissimo creatam. Non te reputes in multitudine in disciplinatorum. Memento ire quoniam non tardabit. humilia ualde spiritum tuum: quoniam uindicta carnis impij. ignis et uermes. Noli preuaricari in amicum pecunia differenti: neque fratrem carissimum. auro spreueris. Noli discedere a muliere sensata et bona: quam sortitus es in amore dei. Gratia enim uerecundie illius: super aurum. *de suo bono.*

*xxxiii.* **N**on ledas seruum operantem in ueritate: neque mercenarium dantem animam suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus: quasi anima tua. Non destrudas illum libertate: neque inopem derelinquas illum. Pectora tibi sunt attende illis: et si sunt uoluntaria. perseuerent apud te. *de filiis.*



**xxxij.** **F**ilij tibi sunt erudi illos: et curua illos a pueritia illorum. Filij tibi sunt serua corpus illarum: et non ostendas hylarem faciem tuam ad illas. Grande filiam et grande opus feceris: et homini sensato da illam. Mulier si est tibi scdm animam tuam non picias illam: et odibili non credas

*te in toto corde. De parentibus.*

**xxxij.** **H**onora patrem tuum. et genitricem matris tue ne obliuiscaris. Memento quoniam nisi per illos non fuisset: et retribue illis quomodo et illi tibi *Deu*

**xxxij.** **T**ota anima tua *more. thonore sac* time dominum: et sacerdotem illius scilicet *dotu* ca. In omni uirtute tua dilige eum qui te fecit: et ministros eius non derelinquas. honora dominum ex tota anima tua: et honorifica sacerdotem. et propurga te cum brachiis. Da illi partem sicut mandatum est tibi primitiarum et purgationis. et de negligentia purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificationis offeres domino in iura sanctorum. et pauperi porrige manum tuam: ut proficiatur propitiatio. et benedictio tua. Gracia datus in conspectu omnis iuuentus. *De defunctis.*

**xxxvi.** **N**on mortuo non prohibeas gratiam. Non desis plorantibus in consolatione: et cum lugentibus ambula. Non te pigeat uisitare infirmum. Ex his enim in dilectione firmaberis. In omni opibus tuis memora re nouissima tua: et in eternum non peccabis. *De non litigando.*

**N**on litiges cum homine potente: ne forte incidas in manus illius. Non contendas cum uiro locupletate: ne forte e contra consistat litium tibi. Multos enim perdidit aurum. atque argentum: et usque cor regum extendit et conuertit. Non litiges cum homine linguato: et non strues in ignem illius ligna. Non communices homini indocto: ne male de progenie tua loquat. Non despicias hominem auertentem se a peccato: neque inproperes ei. Memento quoniam omnis in correptione sumus. Non spernas hominem in sua senectute. Et enim ex nobis senescunt.

**N**oli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur. et in gaudium notumus uenire. Ne despicias narrationem presbiterorum sapientium: et in puerbis illorum conuersare. Ab ipsis enim disces doctrinam intellectus: et seruire in agnatis sine querela. Non te pretereat narratio seniorum. et ipsi enim didicerunt a patribus suis: quoniam ab ipsis disces intellectum. et in tempore necessitatis dabis responsum. Non incendas carbonem peccatorum arguens eos: ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. *De uitandis malis.*

**N**e contra faciem stes contumeliosus: ne sedeas quasi insidiator ori tuo. Noli fenerare homini: fortiori te. Quod si feneraueris: quasi perditum habe. Non sponde

*xxxvii. vng.*

*xxxviii.*

*xxxix.*

as sup uirtutē tuā. quod si spon-  
deris: quasi restituens cogita. Non  
iudices contra iudicē: qm̄ scdm̄  
qd̄ dignū est iudicat. Cum auda-  
ce non eas in uia: ne forte grauet  
mala sua in te. Ipse enī scdm̄ uo-  
luntatē suā uadit: et simul cū  
stulticia illius p̄ies. Cum iracun-  
do n̄ facias rixam. et cum audaci  
non eas in desertū: qm̄ quasi ni-  
chil est ante illū sanguis. et ubi  
n̄ est adiutoriū elidet te. Cum fa-  
tuus: ne consiliū habeas. Non enī  
poterunt diligere: nisi que ip̄is  
placent. Coram extraneo ne faci-  
as consiliū. ne scis enī quid pari-  
et. Non omni homini cor tuum  
manifestes: ne forte inferat tibi  
grām falsam. et conuictetur tibi. *De*

ix. c. *xxx.*

**N**on zelus mulierē sinus *mulieris.*  
tui: ne ostendat sup te malitiā  
doctrinę nequā. Non des mulie-  
ri potestatem animę tuę: ne in-  
grediatur in uirtutē tuā et con-  
fundaris. Ne respicias mulierem  
multiuolam: ne forte incidas in  
laqueos illius. Cum saltatrice  
ne assiduus sis: nec audias illam.  
ne forte pereas in efficacia illius.  
Uirginē ne conspicias: ne forte  
scandalizeris in decore illius. Nō  
des fornicarijs animā tuā in illo:  
ne pdas te et hereditatē tuam.  
Noli circūspicere in uicis ciuita-  
tis: nec oberaueris in plateis illi-  
us. Auerte faciem tuā a muliere  
compta: et non circūspicias spe-  
ciem alienam. Propter speciem

mulieris multi perierunt: et ex  
hoc concupiscentia quasi ignis  
exardescit. Omnis mulier que ē  
fornicaria: quasi stercus in uia  
conculcabit. Speciem mulieris ali-  
ene. multi ammirati: rep̄bi facti  
sunt. Colloquiū enī illius: quasi  
ignis exardescit. Cum aliena mu-  
liere ne sedeas omnino. nec accum-  
bas cum ea in uino: ne forte decli-  
net cor tuū in illam. et sanguine *n̄ reliq̄m̄*  
tuo labaris in pdicionem. *diū amicū antiquū.*

**N**on derelinques amicū antiquū. *xxxvi.*

Nouus enī non erit similis illi. Vi-  
num nouū amicus nouus ueteras-  
cat: et cū suauitate bibes illud.  
Non zelus gl̄iam et opus peccatoris.  
non enī scis que futura sit illius sub-  
uersio. Non placeat tibi iniuria in-  
iustorum: sciens qm̄ ad inferos non  
placebit impius. Longe ab esto ab  
homine potestatem habende oc-  
cidendi. et non suspicaueris timo-  
rē mortis. Et si accesseris ad illum  
noli aliquid cōmittere: ne forte  
auferat uitā tuā. Communionē  
mortis scito qm̄ in medio laqueoz  
ingredieris: et sup dolentiū arma  
ambulabis. Scdm̄ uirtutē tuam

**C**auete te a pximo tuo: et cū sapien-  
tib; et prudentib; tracta. *De iustis iustis.*

**V**iri iusti sint tibi conuue. et *xxxvii.*  
in timore dei sit gloriatio: et in  
sensu sit tibi cogitatus dei. et om-  
nis narratio tua in preceptis alios-  
simi. In manu artificū opa ladabi-  
tur: et princeps populi in sapientia  
sermonis sui: in sensu uero seniorū

*xxxv.*

uerbum. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: et temerarius in uerbo suo odibilis erit. *De iudice.*  
**I**udex sapiens iudicabit populum suum: et principatus sensati stabilis erit. Secundum iudicem populi. sic et ministri eius. et qualis rector est ciuitatis. tales et inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum: et ciuitates inhabitabunt per sensum prudentium. In manu dei potestas terre: et execrabilis omnis iniquitas gentium: et uilem rectorem in tempus suscitabit super illam. In manu dei potestas hominis: et super faciem scribe imponet honorem suum. Omnis iniurie proximi ne memineris: et nichil agas in operibus iniurie. Odibilis coram deo est et hominibus supbia: et execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum agente in gentem transferitur: propter iniusticias. et iniurias. et contumelias. et diuersos dolos. *De*

*xxxiii.*

*xxxiiii.*

**A**uaro autem nichil est *auaricia.* celestius. Quid superbit terra et cunctis. Nichil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim animam suam uenalem habet: quoniam in uita sua pericit intima sua. Omnis potentatus: breuis uita. Languor prolixior: grauat medicum. Breuem languorem precidit medicus: sic et rex hodie est. et cras morietur. Cum enim morietur homo: hereditabit serpentes. et bestias. et uermes. *De superbia.*

**H**icium superbie hominis apostatare a deo: quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius. quoniam inuitum superbia. omnis peccati est. Qui tenuerit illam adimplebit maledictis: et subuertet eum in fine. Propterea ex honorauit dominus conuentus malorum: et destruxit eos usque in fine. Sedes ducum superborum destruxit dominus: et sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum are fecit deus: et plantauit humiles ex ipsis gentibus. Geras gentium euerit dominus: et perdidit eas usque ad fundamentum. Arefecit ex ipsis et disperdidit illos: et cessare fecit memoriam eorum a terra. Perdidit deus memoriam superborum: et reliquit memoriam humilium sensu. Non est creata hominibus supbia: neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabit hoc quod timet dominum: semen autem hoc ex honorabitur. quod preterit mandata domini. In medio fratrum rector illorum in honore: et qui timent dominum erunt in oculis illius. Gloria diuicium honoratorum et pauperum: timor dei est. Non despicer hominem iustum pauperem: et non magnificare uirum peccatorem diuitem. Magna est iudex. et potens est honore: et non est maior illo qui timet dominum. Seruo sensato liberi seruiunt: et uir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus. et inscius non honorabitur. Noli te extolere in faciendo opera tua: et noli

*eliqn  
quu.  
xxxv.*

*uult.  
xxxv.*

*et  
r+*

cunctari in tempore angustie.

Melior est qui operatur et abundat in omnibus; quam qui gloriatur et eget pane. Fili in mansuetudine serua animam tuam: et da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis iustificabit. et quis honorificabit ex honorante animam suam. Pauper gloriatur per disciplinam et timorem suum: et est homo qui honorificatur propter substantiam suam. Qui autem gloriatur in paupertate. quanto magis in substantia. Et qui gloriatur in substantia: paupertatem uereatur.

**Lxxxvi.** Sapiencia humiliati exaltabit caput illius: et in medio magnatorum confiderare illum faciet.

Non laudes uirum in specie sua: neque spem hominem in uisu suo. Breuis in uolantibus; est apis: et in uentum dulcoris habet fructum illius. In uestitu ne gloriaris unquam. nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altissimi solus. et gloriosa et absconsa. et in uisa opera illius. Multi tyranni sederunt in throno: et in suspicabilis portauit diadema. Multi potentes oppressi sunt ualide: et gloriosi traditi sunt in manum alterorum. Priusquam interroges ne uitupes quemquam. et cum interrogaueris corripe iuste. Priusquam audias ne respondeas uerbum: et in medio seniorum ne adicias loqui. De ea re que te non molestat ne ceteris: et in

iudicio peccantium ne consistas. Filii ne in multis sint actus tui: et si diues fueris non eris immunis a delicto. Si enim secutus fueris non apprehendes: et non effugies si precucurreris. Est homo laborans et festinans et dolens impius: et tanto magis non abundat. Est homo marcidus egens recuperatione: plus deficiens uirtute et abundans paupertate: et oculus dei respexit illum in bono. et erexit illum ab humilitate ipsius. et exaltauit caput eius. et mirati sunt in illo multi et honorauerunt deum. Bona et mala: uita et mors. et paupertas. et honestas a deo sunt. Oatio dei permanet iustis: et perfectus illius successus habebunt in eternum. Est qui locupletatur parte agendo: et hec pars mercedis illius. in eo quod dicit inueni requiem michi. et nunc manducabo de bonis meis solus. et nescit quod tempus pretereat. et relinquat omnia alijs. Sta in testamento tuo. et in illo conloquere: et in ope mandatorum tuorum ueterasce. Ne manseris in opibus peccatorum. Confide autem in deo: et mane in loco tuo. Facile est enim in oculis dei subito honestare pauperem. Benedictio dei in mercedem iusti festinat: et in honore ueloci processu illius fructificat. Ne dicas quid est michi opus. et querunt michi ex hoc bona. Ne dicas sufficiens sum. et quid ex hoc

peffimabor.

**I** die bonorū ne imemor sis malorum. et in die malorū ne imemor sis bonorū. qm̄ facile est corā deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas. Malicia hominis obliuionē facit luxurię magnę: et in fine hominis denudatio opum illius. Ante mortē ne laudes hominem quenquā: qm̄ in filiis suis agnoscitur uir. Non omnē hominē inducas in domū tuam. occultę enī insidię sunt dolosi. Sicut enī eructuant precordia fetantiū. et sicut p̄dix inducūt in caueā et ut caprea in laqueū: sic et cor supborum. et sic p̄spector uidens casum pximi sui. Bona enī in mala conuertens infidiator: et in electis imponet maculam. Abscintilla una augetur ignis. et ab uno doloso augetur sanguis: homo uero peccator. sanguini infidiat. Attende tibi a pestifero. fabricat enī mala: ne forte inducat sup te subannationē in perpetuum. Admitte ad te alienigenā. et subuertet te in turbine: et ab alienabit te a uis p̄prijis. *De elemosina.*

**S**i benefeceris. scio cui feceris: et erit grā bonis tuis multa. Bene fac iusto. et inuenies retributionē magnā: et si non ab ipso certe a deo. Non est ei bene qui assiduus est: in malis. et elemosinam n̄ danti. qm̄ et altissimus odio habet peccatores. et miser-

tus est penitentibus. Da misericordiam: et ne suscipias peccatorē. Et impijs et peccatorib; reddet uindictam: custodiens eos in diem uindictę. Dabono: et non reperis peccatorē. Bene fac humili: et non dederis impio. Prohibe panes illi dari: ne in ipsis potentior te sit. Nam duplicia mala inuenies in omnib; bonis: qm̄ et altissimus odio habet peccatores. et impijs reddet uindictam. *De amicis.*

**N**on agnoscat in bonis amicus: et non abscondet in malis inimicus. In bonis uiri. inimici illius: et in tristitia et malitia illius amicus agnitus est. Non credas inimico tuo in eternum. Sicut enī eramentū: eruginat nequitia illius. Et si humiliatus uadat curuus: obfirma animū tuum. et custodi te ab illo. Non statuas illum pendes te nec sedeas ad dexteram tuā: ne conuersus stes in loco tuo. ne forte conuersus in locū tuum inquinat cathedram tuā. et in nouissimo cognoscas uerba mea. et in sermonib; meis stimuleris. Quis miserebitur incantatori a serpente percusso: et omnib; qui appropinquant bestijs: Et qui comitat̄ cum uiro iniquo et obuolutus est in peccatis eius. una hora tecum p̄manebit: Si autē dedinaueris: non subportabit. In labijs suis indulcat inimicus: et in corde suo infidiatur. ut subuertat te in foueam. In oculis

*xxxix.*

*xxxviii.*  
xlf

fuis lacrimatur inimicus: et si  
 inueniet tempus. non satia-  
 bitur sanguine. si incurrerint  
 tibi mala. inuenies eum illic prio-  
 rem. In oculis suis lacrimatur  
 inimicus: et quasi adiuuans  
 suffodiet plantas tuas. Caput  
 suum mouebit. et plaudebit  
 manu: et multa susurrans. com-  
 mutabit uultum suum. *De societate*  
**Q**ui tetigerit picem inquinabit  
 ab ea: et qui communicauerit  
 supbo. inducet superbiam. Pon-  
 dus super se tollit. qui honestiori  
 se communicat: et ditiori te ne  
 socius fueris. Quid comunicabit  
 caccab; ad ollam: Quando enim  
 se colliserunt: confringentur. Di-  
 ues iniuste ager et fremet: pau-  
 per autem lesus tacebit. Si largi-  
 tus fueris assumet te: et si non  
 habueris derelinquet te. Si ha-  
 bel conuuet tecum et euacua-  
 bit te: et ipse non dolebit super  
 te. Si necessarius illi fueris super  
 plantabit te: et subridens spe-  
 dabit narrans tibi bona. et di-  
 cet quid opus est tibi. et con-  
 fundet te in cibis suis. donec te  
 exmaniat bis et ter: et in nouis-  
 simo deridebit te. Postea uides  
 derelinquet te: et caput suum  
 mouebit ad te. humiliare deo:  
 et expecta manus eius. Atten-  
 de: ne seductus in stulticia hu-  
 milieris. Noli esse humilis in  
 sapientia sua: ne humiliatus  
 in stulticia seducaris. Aduoca-

tus a potentiore discede. ex hoc  
 enim magis te aduocabit: ne im-  
 pibus sis ne impingaris. et ne lon-  
 ge sis ab eo ne eas in obliuionem.  
 Ne retineas ex equo loqui cum illo:  
 et credas multis uerbis illius. Ex  
 multa enim loquenda temptabit te:  
 et subridens interrogabit te: De  
 absconditis tuis si inimicus animo  
 illius. conseruabit uerba tua. et  
 non partet. De malitia et de uin-  
 culis caue tibi. et attende diligen-  
 ter auditui tuo. quoniam cum subuer-  
 sione tua ambulat. Audiens uero  
 illa quasi somni uide: uigilabi omni uita  
 tua. Omne animal diligit similem: sicut  
 omnis homo proximum suum. Omnis caro ad similem  
 coniungetur: et omnis homo simili sui sociabitur.  
 Si communicabit lupus agno ali-  
 quando: sic peccator iusto. Que  
 communicatio sancto homini ad ca-  
 nem. aut que pax bona diuiti ad  
 pauperem: Denatio leonis onager  
 in heremo: sic pascua sunt diui-  
 tes pauperes. Et sicut abhominatio  
 est superbo humilitas: sic exe-  
 cratio diuiti pauper. Diues com-  
 motus confirmatur ab amicis:  
 humilis autem cum ceciderit. ex-  
 pelletur et anous. Diuiti decep-  
 to: multi recuperatores. Locutus  
 est superba: et iustificauerunt  
 illum. Humilis deceptus est: in-  
 super et arguitur. Locutus est sen-  
 sate: et non est datus ei locus.  
 Diues locutus est et omnes tacue-  
 runt: et uerbum illius usque ad nu-  
 bes producent: pauper locutus est.

et dicunt quis est hic: Et si offen-  
 derit: subvertent illum. Bona e  
 substantia. cui n̄ est peccatū in cō-  
 scientia: et nequissima paupertas  
 in ore impij. Cor hominis immu-  
 tat faciem illius: siue in bona.  
 siue in mala. Vestigia cordis bo-  
 ni. et faciem bonam: didicile

**I**nuenies et cum labore. *xiii. c.*  
**B**eatus uir qui non est lapsus  
 uerbo ex ore suo: et non est stimu-  
 latus in tristitia delicti. Felix qui  
 non habuit animi sui tristitiam:  
 et non excidit ab spe sua. Uiro  
 cupido et tenaci. sine ratione e  
 substantia: et homini luuido ad  
 quid aurū. Qui aceruat ex ani-  
 mo suo iniuste alijs congregat:  
 et in bonis illius alius luxuriabi-  
 tur. Qui sibi nequā est. cui alij  
 bonus erit: Et non iocundabi-  
 tur in bonis suis. Qui sibi inui-  
 det nichil est illo nequius et hec  
 redditio est malitię illius. Et si  
 bene fecerit ignoranter et non  
 uolens facit: et in nouissimo  
 manifestat malitiā suam. Ne-  
 quā est oculus luuidi: et auer-  
 tens faciem et despiciens animā  
 suam. In faciabilis oculus cupi-  
 di in partē iniquitatis non faci-  
 abitur: donec consumat arefa-  
 ciens animam suam. Oculus  
 malus ad mala erigit. et non  
 faciabitur pane: indigens et  
 in tristitia erit sup̄ mensam su-  
 am.

**I**bi si habes bene fac tui: et

deo dignas oblationes offer. Me-  
 mor esto qm̄ mors non tardat: et  
 testamentū inferorū quia demō-  
 stratū est tibi. Testamentū enī  
 huius mundi: morte morietur.  
**A**n te mortē bene fac amico tuo:  
 et scdm̄ uires tuas exporrigen-  
 da paupi. Non defrauderis a die  
 bono: et particula boni doni n̄  
 te pretereat. Nonne alijs relinqs  
 dolores et labores tuos: In diuifi-  
 one fortis da et accipe: et iustifi-  
 ca animā tuam. Ante obitū tu-  
 um opare iusticiam: qm̄ non est  
 apud inferos inuenire cibū. Om-  
 nis caro sicut fenū ueterasce: et  
 sicut folium fructificans in arbo-  
 re uiridi. Alia generant. et alia  
 deciduntur: sic generatio carnis  
 et sanguinis alia finit. et alia  
 nascitur. Omne opus corrupti-  
 bile in fine deficiet: et qui illud  
 opatur ibit cum ipso: et omne  
 opus electum iustificabit. et qui  
 opatur illud honorabitur in illo.  
**B**eatus uir qui in sapientia mora-  
 bitur: et qui in iusticia medita-  
 bitur. et in sensu cogitabit circū-  
 spectionē dei. Qui excogitat ui-  
 as illius in suo corde: et in absco-  
 sit illius intelligens. uadens post  
 illum quasi uestigator. et in uis  
 illius consistens. Qui respicit per  
 fenestras eius: et in ianuis illius  
 audiens. Qui requiescit iuxta do-  
 mū illius: et in parietib; illius  
 figens palum. Statuet casulam  
 suam ad manus illius: et requies

cent in casula illius bona p̄ eum.  
 Statuet filios sub tegmine illius:  
 et sub ramis illius morabitur. Pro  
 tegetur sub tegmine illius a fer  
 uore: et in gloria eius requiescet.  
 Qui timet dñm faciet bona. et qui  
 continens est iusticie apprehen  
 det illam. et obuiabit illi quasi  
 mater honorificata. et quasi mu  
 lier a uirginitate suscipiet illā.  
 Cibabit illum pane uite et intel  
 lectus: et aqua sapientie saluta  
 ris potabit illum. Et firmabitur  
 in illo et non flectetur: et conti  
 nebit illū et non confundetur.  
 et exaltabit illū apud p̄ximos su  
 os. Et in medio ecclesie aperiet os  
 eius: et implebit eum spiritu u  
 sapientie et intellectus. et stola  
 glorie uestiet illum. Jocundita  
 tem et exultationē thesauriza  
 bit sup illum: et nomine eter  
 no hereditabit illū. Homines  
 stulti: non apprehēdēt illā: et  
 homines sensati obuiabunt illi.  
 Homines stulti: non uidebunt  
 illam. Longe enī ab est: a super  
 bia et dolo. Viri mendaces non  
 erunt illius memores: et uiri ue  
 races inueniēnt in illa. et succē  
 sum habebunt usq; ad inspectio  
 nem dei. Non est speciosa laus in  
 ore peccatoris: qm̄ a deo p̄fecta ē  
 sapientie. Sapientie enī assabit  
 laus: et in ore fidei abundabit.  
 et dñator dabit eā illi. Non di  
 xeris: per deum ab est. Que odit  
 enī: ne feceris. Non dicas: ille me

implanauit. Non enī necessarij sūt  
 illi: homines impij. Omne execra  
 mentū erroris odit dñs: et n̄ erit  
 amabile timentib; illum.

**D**eus ab initio constituit homi  
 nem: et reliquit eū in manu con  
 siliij sui. adiecit mandata et pre  
 cepta sua. Si uolueris mandata  
 conseruare conseruabunt te: et  
 in p̄pectuum fidem placitam face  
 re. Apposuit tibi aquā et ignem:  
 ad qđ uolueris porrige manū tuā.  
 Ante hominē uita et mors: bonū  
 et malū. Quod placuerit ei dabi  
 tur illi: qm̄ multa sapientia dei.  
 et fortis in potentia: uidens om̄es  
 sine intermissione. Oculi dñi ad  
 timentes eum: et ipse agnoscit  
 omnem opam hominis. Nemini  
 mandauit impie agere: et nemi  
 ni dedit spatium peccandi. Non  
 enī concupiscit multitudinem fi  
 liorū infidelū: et inuicium. *De filiis impijs.*

**N**e iocunderis in filijs impijs: si  
 multiplicent. Non oblecteris sup  
 ipsos: si non est timor dei cū illis.  
 Non credas uite illorū: et ne respe  
 xeris in labores illorū. Melior est  
 enī unus timent dñm: quā mille  
 filij impij. Et uale est mori sine  
 filijs: quam relinquere filios im  
 pios. Ab uno sensato inhabitat  
 patria: et a trib; impijs deseret.  
 Multa alia uidit oculus meus: et  
 fortiora horum audiuit auris  
 mea. In sinagoga peccantiū exar  
 debit ignis: et in gente incredibi  
 li exardescet ira. Non exoraueūt

xv. r.

xliij.

De filiis impijs.

xliij.

xlvj.



pro peccatis suis antiqui gigantes.  
 Qui destruxerunt confidentes sue  
 uirtuti: et non peccat peregrinati  
 omi illorū. et execratus est illos pre  
 supbia illorū. Non misericors ē illis  
 gentē totam pdens. et extollentē  
 se in suis peccatis: sicut sexcenta  
 milia pedicū qui congregati sūt  
 in duriciam cordis sui. Et si unus  
 fuisset ceruicatus: mirū si fuisset  
 immunis. Misericordia enī et ira cum  
 illo: potens exoratio et effundens  
 iram. scdm misericordiam suam. Si cor  
 repto illius hominē scdm opera  
 sua iudicat: non effugiet in rapi  
 na peccator: et non retardabit suf  
 ferentiā misericordiam facientis. Om  
 nis misericordia faciet locum unicuiq;  
 scdm meritū opum suorū: et se  
 cundum intellectū peregrinati  
 omis ipsius.

**N**on dicas a deo abscondar. et  
 ex summo quis mei memorabit?  
 In populo magno non agnoscar.  
 Que est enī anima mea in tam  
 in mensa creatura: Ecce celum  
 et celi celorū abyssi et uniuersa  
 terra. et que in eis sunt in cō  
 spectu illius commouebuntur:  
 montes simul et colles. et funda  
 menta terre. Et cum conspexe  
 rit illa d's: tremore concutient.  
 Et in omnib; his insensatū est  
 cor: et omne cor intelligit ab illo.  
 Et uias illius quis intelligit. et  
 pcellam quā nec oculus uidebit  
 hominis: Nam plurima opa illi  
 us sunt in abscondit. sed opa iusti

cie eius quis enuntiabit. aut q's  
 sustinebit? Longe enī est testa  
 mentū a quibusdam: et interro  
 gatio hominū in consummatione  
 est. Qui minorat corde cogitat in  
 ana: et uir imprudens et errans  
 cogitat stulta.

**A**udi me fili et discce disciplinā  
 sensus. et in uerbis meis attende  
 in corde tuo et dicam in equitate  
 disciplinā: et scrutabor enarra  
 re sapientiā. et in uerbis meis at  
 tende in corde tuo. et dico in eq  
 tate sp's uirtutes. quas posuit d's  
 in opa sua ab initio et in ueritate  
 enuntio scienciā eius. In iudicio  
 dei opa eius ab initio: et ab institu  
 tione ipsorū distinxit partes illorū.  
 nec esurierunt. nec laborauerunt  
 et non destiterunt ab opibus suis.  
 Unusquisq; pximū sibi non angu  
 stiabit usq; in eum. Non sis incre  
 dibilis uerbo illius. post hec deus  
 in terram aspexit: et impleuit  
 illam bonis suis. Anima omnis  
 uitalis denuntiavit ante faciem  
 illius: et ipsa iterum reuer'io illo  
 rum.

**D**eus creauit de terra hominem  
 et scdm imaginē suam fecit illū:  
 et iterum conuertit eū in ipsam.  
 et scdm se uestiuit illum uirtute.  
 Numerum dierum et tempus  
 dedit illi: et dedit illi potestātē  
 eorū que sunt sup terram. Posuit  
 timorē illius sup omnē carnem:  
 et dñatus est bestiarum et uola  
 tilium. Creauit ex ipso adiutori

luy.

xlvi.

xlvi.

ps.  
luy.  
95.

xlvi.

um: similem ipsi. Consilium et  
 linguam. et oculos. et aures. et  
 cor dedit illis ex cogitandi: et dis-  
 ciplina intellectus repleuit illos.  
 Creauit illis scientiam sp̄s. Sensu  
 impleuit cor illorū: et mala et bo-  
 na ostendit illis. Posuit oculum  
 ipsorū sup corda ipsorū: ostende-  
 re illis magnalia opum suorum  
 et nomen sanctificationis collau-  
 dent: et gloriari in mirabilibus  
 eius. ut magnalia enarrent ope-  
 rum eius. Addidit illis discipli-  
 nam: et lege uite hereditauit il-  
 los. Testamentū eternum consti-  
 tuit cum illis: et iusticiam et iu-  
 dicia sua ostendit illis. Et ma-  
 gnalia honoris eius uidit oculus  
 illorū: et honorē uocis audierūt  
 aures illorū. Et dixit illis ab om-  
 ni iniquo attendite: et manda-  
 uit illis unicuiq; de pximo. Uie  
 illorū coram ipso sunt semp: nō  
 sunt absconse ab oculis ipsius.  
 In unamquaq; gentē preposu-  
 it rectorem: et pars dei isrl̄ fa-  
 cta est manifesta: et omnia opa  
 illorū uelut sol in conspectu dei.  
 et oculi eius sine intermissione  
 inspicientes in uis̄s eorū. Non s̄  
 absconsa testamenta per iniqui-  
 tatem eorū. et omnes iniquitates  
 eorū in conspectu dei. Elemosi-  
 na uiri quasi sacculus cum ipso.  
 et grām hominis quasi pupillā  
 conseruabit. et postea resurget  
 et retribuet illis retributionem.  
 unicuiq; in caput ipsorū: et con-

uerteret in inferiores partes terre:  
 penitentib; autē dedit uia iusticie.  
 et confirmauit deficientes sustine-  
 re et destinauit illis sortem uerita-  
 tis. *De conuersione ad deum.*

**C**onuertere ad dñm. et relinque *xlviij.*  
 peccata tua: precare ante faciem  
 dei. et imue offendicula. Reuer-  
 tere ad dñm. et auertere ab iniusti-  
 cia tua. et nimis odito execrationē:  
 et cognosce iusticias et iudicia dei.  
 et sta in sorte p̄positionis. et oratio-  
 nis altissimi dei. In partes uade  
 seculi cum uiuis: et dantib; con-  
 fessionem deo.

**N**on demoreris in errore impiorū. *xlviij.*  
 Ante mortē confitere. A mortuo:  
 quasi nichil perit. Confiteberis  
 uiuent. Viuis et sanus confitebe-  
 ris et laudabis dñm: et gloriaberis  
 in miserationib; illius. Quā mag-  
 na misericordia dei: et p̄pitiatio illius  
 conuertentib; ad se. Nec enim om-  
 nia possunt esse in hominibus:  
 qm̄ non est immortalis filius homi-  
 nis: et in uanitate malicie placu-  
 erunt. Quid lucidius sole? Et hic  
 deficiet. Aut quid nequius exco-  
 gitauit caro et sanguis? Et hoc  
 arguetur. Virtutem altitudinis  
 celi ipse conspiciat: et omnes ho-  
 mines terra et cinis. Qui uiuit *xlviij.*  
 in eternum: omnia creauit simul.  
 Deus solus iustificabitur: et manet  
 inuictus rex in eternū. Quis suffi-  
 ciet enarrare opa illius? Quis enī  
 inuestigabit magnalia illius. Vir-  
 tutē autē magnitudinis eius. q̄s

enuntiabit: Et quis adiciet enarra-  
 re misericordiam eius: Non est minue-  
 re neq; adicere: nec est inuenire ma-  
 gnalia dei. Cum consummauerit  
 homo tunc incipit: et cū quieue-  
 rit opabitur. Quid est homo. et  
 que gratia illius: Numerus die-  
 rum hominū: ut multū centum  
 anni. Quasi gutte aque amare  
 deputati sunt: et sicut calculus  
 arenę. sic exigui anni in die eui.  
 Propter hoc patiens est d's in illis:  
 et effundet sup eos misericordiam suā.  
 Uidit presumptionem cordis illorū  
 qm̄ mala est: et cognouit sub-  
 uersionem illorū quoniā ē. ne-  
 quā. Ideo adimpleuit iritationē  
 suam in illis: et ostendit illis uia  
 equitatis. Misericordia hominis cir-  
 ca proximum suum: misericordia autē  
 dei sup omnem carnē: qui mise-  
 ricordiam habet et docte erudit  
 quasi pastor gregem suum. Misere-  
 reatur excipiens doctrinam mi-  
 serationis: et qui festinat in iudi-  
 cii eius.

**T**ibi in bonis non des querelam:  
 et omni dato ne des tristitia uer-  
 bi mali. Nonne ardorem refrige-  
 rabit ros: Sic et uerbum: melius  
 quā datum. Nonne ecce uerbū  
 sup datum bonū: Et utraque:  
 cum homine iustificato. Stultus  
 acriter impropetabit: et datum  
 in disciplinam tabescere facit ocu-  
 los. Ante iudiciū para iusticiam  
 tibi: et antequā loquaris discere.  
 Ante languorē adhibe medicinā:

et ante iudicium in terroga te ipsū:  
 et in conspectu dei inuenies iri-  
 rationē. Ante languorē humilia te:  
 et in tempore infirmitatis ostende  
 conuersationē tuam. *De sep̄ oratio deo.*

**N**on impediaris orare semp: et  
 non ueteris usq; ad mortē iustifi-  
 cari. qm̄ merces dei manet in eter-  
 num. Ante orationē prepara ani-  
 mam tuā: et noli esse quasi homo  
 qui temptat dñm. Memento ire  
 in die consummationis: et tēpus  
 retributionis in conuersatione  
 facies. Memento paupertatis in  
 tempore abundantie: et necessi-  
 tatem paupertatis in die diuitiarū.  
 Amane usq; ad uespum immu-  
 tabitur tempus: et hec omnia  
 citata in oculis dei. Homo sapiens  
 in omnib; metuit: et in diebus  
 delictorū attendet abinertia.  
 Omnis astutus agnoscit sapienci-  
 am: et inuenienti eam dabit  
 confessionē. Sensati in uerbis et  
 ipsi sapienter egerunt. et intel-  
 lexerunt ueritatem et iusticiā:  
 et implorauerunt prouerbia  
 et iudicia. *De continentia anime:*

**P**ost concupiscentias tuas non  
 teas: et a uoluntate tua auerte  
 re. Si prestes anime tuę concu-  
 piscentias eius: faciet te in gau-  
 dium inimicis tuis. Non oblecte-  
 ris in turbis nec in modicis. assi-  
 dua est enī: commissio illorum.  
 Ne fueris mediocris in contenti-  
 one ex fenore: et non est tibi ni-  
 hil in sc̄o. Eris enī inuidus uite  
 tuę.

17. 2. 107

.L.

.L.

xix. c. **III.**

**O**perarius ebriofus non locuple-  
 tabitur: et qui spiritus modica pau-  
 latim decidit. Vinum et mulie-  
 res apostatare faciunt sapientes:  
 et arguent sensatos. Et qui se iu-  
 git fornicariis: erit nequa. Pu-  
 tredo et vermes hereditabunt il-  
 li: et extollet iexemplum maius et tollet de  
 numo anima eius. Qui credit cito le-  
 vis corde est et minorabitur: et  
 qui delinquit in animam suam  
 insuper habebit. Qui gaudet in-  
 quitati denotabitur: et qui odit  
 correptionem minuetur vita. et  
 qui odit loquacitatem exunguit  
 malitiam. Qui peccat in animam  
 suam penitebitur: et qui iocun-  
 detur malicia denotabitur. Ne  
 iteres verbum nequam et durum:  
 et non minoraberis.

**III.**

**A**mico et inimico noli narra-  
 re sensum tuum: et si est tibi de-  
 lictum noli denudare. Audiet  
 enim te et custodiet te: et quasi  
 defendens peccatum odiet te: et  
 sic aderit tibi semper. Audisti  
 verbum aduersus proximum com-  
 mouat in te: fidens quoniam non te  
 dirumpet. A facie uerbi par-  
 turit fatuus: tanquam gemitus  
 parui infantis. Sagitta infixam  
 femore canis: sic uerbum in cor-  
 de stulti. Corripe amicum ne for-  
 te intellexerit et dicat non feci:  
 aut si fecerit. ne uerum addat  
 facere. Corripe proximum ne  
 forte non dixerit: et si dixerit  
 ne forte iteret. Corripe amicum

sepe enim fit commissio: et non omni  
 uerbo credas. Est qui labitur lingua  
 sua: sed non ex animo. Quis enim  
 est qui non dereliquerit in lingua  
 sua?

**III.**

**C**orripe proximum antequam com-  
 miseris: et da locum timori altis-  
 simi. quia omnis sapientia timor  
 dei. et in illa timere deum. et in omni  
 sapientia dispositio legis. et non  
 est sapientia nequitię disciplina:  
 et non est cogitatus peccatorum pruden-  
 tia. Est nequitia et in ipsa excre-  
 tio: et est insipiens qui minuit  
 sapientiam. Melior est homo qui de-  
 ficit sapientia. et deficiens sensu  
 in timore. quam qui abundat sen-  
 su. et transgreditur legem altissi-  
 mi. Est solertia certa. et ipsa mi-  
 qua: et est qui enuntiat uerbum  
 certum. enarrans ueritatem. Est qui  
 nequiter humiliat se et interio-  
 ra eius plena sunt dolo: et est ius-  
 tus qui se nimium summittit a  
 multa humilitate. et est iustus  
 qui inclinat faciem. et fingit non  
 uidere se quod ignoratum est: et si  
 si in becillitate uirium uetetur  
 peccare. si inuenerit tempus male-  
 faciendi malefaciet. Ex uisu cog-  
 noscitur uir: et ab occursum facie  
 cognoscitur sensatus. Amictus cor-  
 poris. et risus dentium. et ingres-  
 sus hominis: enuntiant de illo.  
 Est correptio mendax. mira con-  
 tumeliosi: et est inditum: quod  
 non probatur esse bonum. et est ta-  
 cens. et ipse est prudens.

xx. c.

**¶** Quam bonum est arguere quā  
 nasci: et confitentē in oratione nō  
 phibere. Concupiscencia padōnis  
 de uirginauit iuueniculā: sic qui  
 facit per uim iudiciū iniquum.  
 Quā bonum est correptū manife  
 stare penitentiam. Sic enī effugi  
 es uoluntariū peccatū. Est tacens  
 qui inuenit sapiens: et est odibi  
 lis qui peccax est ad loquendū. Est  
 autē non habens sensum loquere:  
 et est tacens sciens tempus apti tem  
 poris. homo sapiens tacebit usq;  
 ad tempus: lasciuus autē et im  
 prudens non seruabunt tempus.  
 Qui multis uocatur uerbis. ledet  
 animam suam: et qui potestate  
 sibi assumit iniuste odietur. Est  
 pcessio in malis uiro indisciplina  
 to: et est inuentio in detrimentū.  
 Est datū quod non est uale: et  
 est datū cuius retributio duplex  
 est. Est ppter glām minoratio:  
 et est qui ab humilitate leuabit  
 caput. Est qui multa redimat  
 modico precio: et restituens ea  
 in septuplum. Sapiens in uerbis  
 se ipsum amabilem facit: gratie  
 autē fatuorum effundentur. Da  
 tum insipientis non erit uale.  
 Oculi enī illius: septemplex sūt.  
 Exigua dabit et multa imprope  
 rabit: et apertio oris illius. in flam  
 matio est. hodie fenerat q̄s et  
 cras expeuit: et odibilis homo ei  
 modi. Fatuo non erit amicus: et  
 non erit grā bonis illius. Qui enī  
 edunt panem illius: false lingue

sunt. Quotiens et quanti irride  
 bunt eum. Neq; enī quod haben  
 dum erat. directo sensu distribu  
 it: similiter et qd non erat haben  
 dum. Lapsus false lingue: quasi  
 qui pauimento cadens. sic casus  
 malozū festinanter uenient. ho  
 mo acharis: quasi fabula uana.  
 in ore indisciplinatorū assidua  
 erit. Ex ore fatui: repbabitur pa  
 rabola. Non enī dicit illam in tē  
 pore suo. Est qui uetatur peccare  
 ab inopia: et in requie sua stimu  
 labitur. Est qui pdet animā suā  
 pre confusione: et ab impruden  
 ti psona pdet eam. psonę autem  
 acceptione pdet se.

**¶** Est qui preconfusione pmitit  
 amico: et luctatus est cum inimi  
 cum gratis. Est opprobriū nequā  
 in homine mendaciū: et in ore  
 indisciplinatorū assidue erit.  
 Potior fur est: quā assiduitas in  
 ri mendacis: pditionem autem  
 ambo hereditabunt. Mores ho  
 minū mendaciū sine honore:  
 et confusio illorū cum ipsis sine  
 intermissione.

**¶** Sapiens in uerbis pducit se ip  
 sum: et homo prudens placebit  
 magnatis. Qui opatur terram  
 suam malabit aceruum frugū:  
 et quo opatur iusticiā. ipse exal  
 tabitur. Qui uero placet magna  
 tis effugiet iniquitatē. xenia et  
 dona excecant oculos iudicum:  
 et quasi mutus in ore auertit cor  
 reptiones eorū. Sapiencia abscon

¶ lvi.

¶ lvi.

sa et thesaurus inuisus. que uti-  
tas in utrisq;: Melior est qui celat  
insipientiam suam: quam homo qui  
abscondit sapientiam suam.

*xxi. f. lxxiiij.*  
**F**ili peccasti. non adicias iterum:  
sed et de pristinis deprecare. ut ti-  
bi dimittantur. Quasi a facie colu-  
bri fuge peccata: et si accesseris  
ad illa suscipient te. Dentes leo-  
nis dentes eius: interficientes ani-  
mas hominum. Quasi rumphea-  
bis acuta. omnis iniquitas: plage  
illius non est sanitas. Obiurgatio  
et iniurie ad nullabunt substā-  
tiam: et domus que nimie locu-  
ples est ad nullabitur supbia. Sic  
substantia supbi: eradicabitur.  
De precatio pauperum ex ore usq; ad  
aures eius ueniet: et iudicium  
festinato adueniet illi. Qui odit  
correctionem uestigium peccato-  
ris: et qui timet dñm conuertit  
ad cor suum. Notus a longe po-  
tens lingua audaci: et sensatus  
scit labi se ab ipso. Qui edificat  
domum impendijs alienis: quasi  
qui colligit lapides suos in hie-  
me.

*f. lxx.*

**S**tuppa collecta sinagoga pec-  
catorum: et consummatio illo-  
rum flamma ignis. Via peccantium  
complantata lapidibus: et in fine  
illo-  
rum inferi. et tenebre et pe-  
ne. Qui custodit iusticiam: conti-  
nebit sensum eius. Consumma-  
tio timoris dei: sapientia. et sen-  
sus. Non erudietur: qui non est  
sapiens in bono. Est autem insipi-

entia que abundat in malo: et  
non est sensus ubi est amaritudo.  
Scientia sapientis tanquam inun-  
datio abundabit: et consilium  
illius sicut fons uite permanet.  
Cor fatui quasi uas confractum:  
et omnem sapientiam non tenebit.  
Verbum sapientis... quodcumq; au-  
dierit inscius. laudabit et adici-  
et. Audiuit luxuriosus: et disci-  
plicebit illi et piciet illud post dor-  
sum suum. Narratio fatui: qua-  
si sarcina in uia. Nam in labijs  
sensati: inuenietur gratia. Os pru-  
dentis queritur in ecclesia: et uer-  
ba illius cogitabunt in cordibus  
suis. Tanquam domus extermi-  
natio. sic fatuo sapientia: et scien-  
tia insensati in enarrabilia uerba.  
Compedes in pedibus stulto doctri-  
na: et quasi uincula manuum  
sup manum dextere.

**F**atius in risu exaltat uocem  
suam: uir autem sapiens uix taci-  
te ridebit. Ornamentum aureum.  
prudenti doctrina: et quasi bra-  
chiale in brachio dextero. Pessa-  
tui facilis in domum proximi: et ho-  
mo peritus confundetur a persona  
potentis. Stultus a fenestra respi-  
ciet in domum: uir autem eruditus  
foris stabit. Stulticia hominis  
auscultare postium: et prudens  
res grauabitur contumelia. La-  
bia imprudentium stulta narra-  
bunt: uerba autem prudentium  
statera ponderabuntur. In ore fa-  
tuorum cor illorum: et in corde sapi-

*f. lxx.*

entium ofillorum. Dum maledi-  
cit impius diabolum: maledicit  
ipse animã suam. Susurro con-  
quimabit animã suã. et in om-  
nib; odietur: et qui manserit  
odiosus erit: tacitus et sensatus  
honorabitur. *xxv. c.*

**L**apide luteo lapidatus est piger:  
et omnes loquentur sup aspicio-  
nem illius. De stertore bouum lapi-  
datus est piger: et omis qui tege-  
rit eum excutiet manus. Confusio  
patris est de filio indiscipulato:  
filia autẽ fatua. in deminoratio-  
nem fiet. Filia prudens: hereditas  
uiri suo. Nam que confundit: in  
contumeliã fit genitoris. Patrẽ  
et uirũ confundit audax: et ab  
impijs non minorabitur: ab uisq;  
autẽ in honorabitur. Musica in  
luctu. importuna narratio. Fla-  
gella et doctrina in omni tempo-  
re sapientia. Qui docet fatuum:  
quasi qui conglutinat testam.

**Q**ui narrat uerbum non audi-  
enti: quasi qui excitat dormien-  
tem de graui somno. Cum dor-  
miente loquitur qui enarrat stulto  
sapientiã: et in fine narrationis  
dicit quis est hic. Supra mortuũ  
plora: deficit enĩ lux eius. et sup  
fatuum plora. deficit enĩ sensu.

Modicum plora supra mortuum:  
qm̃ requieuit. Nequissimi enĩ ne-  
quissima uita: sup mortẽ fatui.  
Luctus mortui septem dies: fatui  
autẽ et impij omnes dies uite illo-  
rum. Cum stulto ne multum lo-

46  
quaris: et cum insensato ne abie-  
ris. Serua te ab illo ut non mole-  
stiam habeas: et non conquina-  
beris in peccato illius. Deflecte ab  
illo et inuenies requiẽ: et nã acci-  
diaberis in stulticia illius. Super-  
plumbum quid grauabitur: Et  
quod illi aliud nomen quã fatu-  
us: harenam. et salem. et massã  
ferri. facilius est portare: quam  
hominẽ imprudentẽ et fatuum  
et impiũ. Loramentũ ligneum  
colligatũ fundamento edificij:  
non dissoluetur. Sic et cor: con-  
firmatũ in cogitatione consilij.  
Cogitatus sensati in omni tempore  
uel metu non deprauabitur. Sicut  
palee in excelsis. et cimenta sine  
impensa posita contra faciẽ uen-  
ti non pmanebunt: sic et cor ti-  
midum in cogitatione stulti con-  
tra impetũ timoris non resistit.  
Sicut cor tepidũ in cogitatione  
fatui omni tempore non metuet:  
sic et qui in preceptis dei pmanet  
semp. Pungens oculum deducit  
lacrimas: et qui conpungit cor  
pferit sensum. *De amicitia.*

**M**ittens lapidem in uolantia de-  
iciet illa: sic et qui conuertitur  
amico. dissoluit amicitia. Ad  
amicũ et si pduxeris gladium:  
non despes. Est enĩ egressus ad  
amicũ. Si aperit os triste: non  
timeas. Est enĩ concordatio ad  
amicũ: excepto conuicio. et im-  
perio. et supbia. et misterij re-  
uelatione. et plaga dolosa. In

his omnibus; effugiet amicus. Fidem  
posside cum amico in paupertate  
illius: ut et in bonis illius legeris.  
In tempore tribulationis illius  
pmane illi fidelis: ut et heredita-  
ti illius coheres sis. Ante ignem  
camini uapor. et fumus ignis in  
altari. Sic et ante sanguinem ma-  
ledicta et contumeliae: et mine.  
Amicum salutare non confundat:  
et a facie illius non me abscondat.  
Et si mala michi euenerint pro illi:  
sustinebo. Omnis qui audiet: caue-  
bit se ab eo. Quis dabit ori meo  
custodiam. et supra labia mea  
signaculum certum. ut ne cada-  
m in ipsis. et lingua mea prodatur me?

xxij. c.

xxxiii.

**D**ne pater et dominator uite mee. **oro.**  
ne derelinquas me: nec finas me  
cadere in illis. Quis supponet in  
cogitatu meo flagella. et in cor-  
de meo doctrinam sapientie. ut  
ignorationibus; eorum non partat  
michi. et non appareant delicta  
illorum. ne adincrescant ignora-  
tie mee. et multiplicentur de-  
licta mea et peccata mea abun-  
dent. et incidam in conspectu  
aduersariorum. et gaudeat inimi-  
cus meus? Dne pater et deus uite  
mee: ne derelinquas me in cogi-  
tatu illorum. Extollentiam oculorum  
meorum ne dederis michi: et omne  
desiderium auerte a me. Aufer a  
me uentris concupiscentias. et  
concupiscentie ne apprehendant me: et anime in re-  
uerenti et infruente ne tradas

fine.

**D**octrinam oris audite **de doctrina oris.**  
filij. Qui custodierit illam non  
periet labijs suis: nec scandaliza-  
bitur in opibus; nouissimis. In ua-  
nitate sua apprehendit peccator.  
et superbus et maledictus scandali-  
zabitur in illo. Jurationi non assu-  
escat os tuum. multus enim casus  
in illa. Nominatio uero dei non sit  
assidua in ore tuo. et nominibus  
scorum non admiscearis: quoniam non  
eris minimus ab eis. **Juramentum sine peccato**

xxxv.

**S**icut enim seruus interrogatus  
assidue a iuore non minuitur:  
sic omnis iurans et nominans. in  
toto a peccato non purgabitur. Vir-  
tutum iurans implebitur iniqui-  
tate: et non discedet a domo illi  
plaga. Et si frustra uerit delictum  
illius super ipsum erit. et si dissimu-  
la uerit delinquet dupliciter: et  
si in uacuum iurauerit. non iustifica-  
bitur. Replebitur enim retribu-  
tione: domus illius. Est et alia loque-  
la contraria mortis. Non inueni-  
atur in hereditate iacob. Et enim  
a misericordibus; omnia hec aufe-  
rentur: et in delictis non uolunta-  
bunt. Indisciplinosae loquelae non  
assuescat os tuum. est enim in illa  
uerbum peccati. Memento patris  
et matris tue. in medio enim ma-  
gnatorum consistis: ne forte obli-  
uiscatur te deus in conspectu illo-  
rum. et assiduitate tua infatua-  
tus impertum patiaris et malu-  
isses non nasci. et diem natiuita-  
tis tue maledicas. homo assuetus

xxxvi.